AUGUSTINUS
12. Jh. Seite 79v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26123
Copyright: Admont, Benediktinerstift



tumultus fieret popoli. Et iudas scariothis unus ex duodecim
abiit ad summos sacerdotes. ut proderet eum. & cetera. Etiam
hic inter illud quod dictum est. ne forte tumultus fieret populi.
& illud quod adiunximus. & iudas scariothis unus ex duodecim.
positum est illud de bethania. quod recapitulando dixerunt.
Lucas sane ipsam rem gestam narraret. & biduum ante pascha
quod matheus marcusque dixerunt. cum post hoc dictum a se
illud ipsum in bethania quod iohannes commemorarent.
Sequitur ergo matheus ab eo loco ubi finem feceramus consideran
de narrationis. & dicit. Tunc congregati sunt principes
sacerdotum & seniores populi in atrium principis sacerdotum
qui dicebatur cayphas. & consilium fecerunt ut ihesum
dolo tenerent & occiderent. Dicebant autem. Non in die festo.
Ne forte tumultus fieret in populo. Cum autem esset ihesus in bethania
in domo symonis leprosi. accessit ad eum mulier habens
alabastrum unguenti. preciosi. & effudit super caput ipsius
recumbentis. & cetera usque ad illud ubi ait. dicetur. & quod
hoc fecit in memoriam eius. Hunc iam de muliere atque un
guento precioso. quod in bethania gestum est. consideremus.
Lucas enim quamuis simile factum commemoret. nomenque
conueniat eius apud quam conuiuabatur dominus. nam &
ipsum symonem dicit. tamen quia non est contra naturam
uel contra morem hominem. ut si potest unus homo habere
nomina duo. multo magis possint. & unum nomen habere
homines duo. potius credibile est alium fuisse symonem
non leprosum. in cuius domo. hec in bethania gerebantur.
Nam nec lucas in bethania rem gestam dicit quam narrat.
& quamuis non commemoret. ciuitatem aut castellum.
ubi factum sit. tamen non uidetur in eodem loco uersari

in bethania pretermisit. Hec diximus propter vi. dies ante pascha quod dicit iohannes cum in bethania rem gestam

Nota bene